



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 43. Claudii obitus. Nero Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

nus irruit in eos, & viribus prævalens, ita mulctavit, ut nudi, & vulnerati domo fugerent.

Sæculum I.

A. C. 54.

Hoc factum omnibus Judæis, & Gentilibus Ephesi cognitum, in Gloriam Nominis Domini cessit. Multi Fideles veniebant, confitentes peccata sua. Ecce! notabile confessionis exemplum post baptismum. Multi, quibus vanæ curiositatis studium fuerat, comportatos libros coram omnibus in ignem coniecere, quorum valor æstimatus, ad quinquaginta drachmarum millia ascendit; quæ summa nostræ monetæ comparata plusquam quindecim librarum millibus æquivaleret. Libri Magici fuisse creduntur, nam Ephesiorum olim litteræ mysticæ erant celeberrimæ.

15750. libræ,
ad octo esse:
drachma.

Hesych. Eph.
litt. Clem.
Alex. 5.
strom.

§. XLIII.

Claudii obitus. Nero Cæsar.

Claudius Imperator anno Regni tertio decimo Agrippæ juniore Regi Judæorum Tetrarchiam Philippiis, & Bataneam

Jos. XX.
ant. c. 20.
p. 693.

regendam tradidit, cum Trachonitide, & Abila, quæ fuerat Tetrarchia Lyfaniæ, ablata eidem Calcidia, quam quatuor annis possederat. Anno sequenti, Jesu Christi

A. C. 54.

quingentesimo quarto, Asinio Marcello, & Acilio Aviola consulibus, obiit Imperator Claudius ex veneno ab uxore Agrippina

Suet. Claud.
n. 44.

Dio lib. 60.

grippina

Sæculum I.
A. C. 54.

Jos. XX.
ant. c. 5.
p. 694. bell.
II. 12. p. 696.

grippina propinato. Annum ætatis agebat sexagesimum quartum, & tredecim annis & octo mensibus regnaverat. Nero filius ejus adoptivus, & gener successit. Filius erat Agrippinæ, & Domitii primi ejusdem mariti, regnavitque etiam tredecim annos, & octo menses. Is juvenis Imperator partem Galilææ Agrippæ dedit, subjiciens ei Tiberiaden, & Tarichæam; sed & adjunxit Juliadem ultra Jordanem cum quatuordecim circumjacentibus pagis. Reliqua Judææ a Felice Romano procurabantur.

§. XLIV.

Epistola ad Galatas.

Gal. I. 6.

Paulopost profectionem Pauli in Galatiam, inde relatum est, quosdam falsos fratres ibidem fidem Fidelium turbasse, prædicantes; circumcisionem esse necessariam cum omnibus Legis Mosaicæ parergis, idque ideo docebant, partim ut placerent Judæis, partim ut se a Gentilium persecutionibus tutarentur, si non Christiani esse, sed Judæi existimarentur. Scientes autem S. Pauli Doctrinam sibi adversam, ejus auctoritatem imminuere adlaborabant; eum non nisi secundi ordinis esse Apostolum, sicut Barnabam, electum, & institutum a primis Apostolis, quos JESUS Christus vocaverat; hos Apostolos